**D**icit hoc quod eahanc terminorum quinque regibus in unum congregans pugnarent aduersus filium israhel cum ex aduerso miscerent cohortes et victoria in dei populo pro contenteret ihesus filius nunc princeps populi israhel soli in media die precepit ne se moueret. et lune ubi fuerat staret donec se dei populus de inimicis vindicaret. Quod et factum est. Nam sol duos dies in uno coclusit. et lune die spacio non occurrit. In qua iussione non humane imperij auctoritate luminaria requiescunt sed domini imperantis ut starent iussi obediunt. Nil enim propter iubentis hominis verbum dei creature faciunt sed quod dominus serui sui ordinatione obediens prece hoc faciunt. Hic enim prohibetur. sol stetit contra gabaon. et luna ad vallem achilon obidente domino vocis hominis ex quo intelligitur dum seruorum suorum precibus obedire ad eorum necessitatem creaturas suas oportune gubernare. hoc luminarium nil nouum in natura commisit et si in ministerio aliquid nouum aliud natum ostendit. sed et illa varietas nil in anni cursu et reliquorum dierum commouit dum pariter sol et luna in uno quocumque in suo ordine requieuit. si enim unum luminare curreret dum interim alterum requiesceret diem et mensium et annorum assuetum cursum dum autem utrumque morem hanc habuit quasi post consuetum diem inoccasus sui limite perrexit. non enim quod ad belli illuminationem luna tunc in presentia solis proficeret stare imperatur sed nequid incongrue luminarium meatu per unum quiete et alterius destrueretur sed quoniam et maris cursum lunari convenientem esse in omnibus evidenter monstrauimus et illum iter requieuisse et si scripture vocibus reticetur. nonne

## Secūdus

ipse illarum rerum pronunciat obseruabilis conuiatus luna  
 vero non tantū in hac statione requieuit sed incrementi vel  
 detrimenti sui interim consuetudinem agere non potuit . sic  
 enim dū stetit luna licet stans sua incrementa vel detrimēta  
 ageret . illud īcrementum lunare vltra solis cursum in uidoꝝ  
 rationibus aliquid turbare dum vero nichil ī circuli in se re  
 uertentiꝝ cursu dies illa solito longiorꝝ p̄buit tūc manifestū  
 ē ꝑ in illa supueniente vespera vnius diei īcrementum luna  
 sicut cotidie solet gessit vt enim hoc manifestis approbatio  
 nibus pateat cidoꝝ etiam ab inicio cōditi orbis recursus  
 in se breuiter digeremus quos semper post quingentos . xxx .  
 duos annoscent in principio et luna et per oīa cōueniētibꝝ  
 nullis subuenientibꝝ īpedimentis in id vnum cepant redire  
 ondeꝝ . **Q**uito nāqꝝ cido a mundi p̄cipio āno cētelio quart  
 decimo generale totius mūdi diluuium sub noe venit qui p̄  
 diluuium quadringentesimo . xviiij . anno decepit et inde aliꝝ  
 incipiens . i . sextus in octauo etatis habetur anno finitur : et  
 nono eius anno . viij . incipiens . xxxv . anno egressionis filioꝝ  
 israhel de egypto in quinquennio qn̄ mortem moysi cōcludit  
 postqꝝ octauus in quo est illud signū in sole etiam luna factū  
 . xxxvi . anno egressionis israhel de egypto incipiens in trice  
 simum ānum . i . asa regnum iuda incedit . **C**entesimus . xxxvij .  
 anno nonus exordium capiens in quo est aliud signum ī sole  
 ezechie regis tempore de quo paulisper dicemus factū legie  
 centesimo octauo anno post templi restaurationem que sub  
 dario facta est sui cursus spatium consummavit . donec de  
 cimus indeoriens nonagesimo nono anno post passionem sal  
 uatoris alta aspersa consulibus peractibus cursibus consum  
 matur post quem vndecimus a consolatu paterni et torquati  
 ad nostra usque ipsa decurrens extremo anno biberniensum

## Liber

moriente manicheo inter ceteros sapientes pagitur. et. xij.  
nunc terciū annum agens ad futuroꝝ scientiā se prestans a  
nobis quale finē sit habiturus ignoratur quoꝝ vnuſquisqz  
informi statu pacis quingentis. xxxii. annis in semetipsum  
idem in sequētis sitiū reuoluitur cōpletis videlicet in vnoꝝ  
ſolaribus octauicenis nonodecies in lunaribus decem noue-  
nalibus vigies oēties titulis ꝑ ost quos in lunaribus ſuspica-  
tione per cōmunes. xij. et embolismo. vii. per ogdoadē et  
eudētadē et incrementū lunare quod cōputares ſaltū noīant.  
et ſolare per quadrātes et biſextos diligenter dinumeratos  
de mū duobus luminarib⁹ totidē dies habentib⁹ et per  
tūlū ſui omnes ſui lineas concordi ratione cōuenientibus  
veluti primus conditi vrbis annus inouatur dum ergo bñ  
circulorum totales recursus in ſe congrue et post illos cidos  
quibus in ſole et luna mora vel reditus ſigna quō ſub ihesu  
vel czechia facū legitur apuille deſcribit ſine vlla varitate  
reduunt manifeſte intelligitur quod non mora illa aut reuersio  
aliquid in luminariū et tē poꝝ affueto curſum propter editū  
vel inſolitū reliquerunt ſed quaſi per diem omnē in occasus  
ſui ut ſupradixi limitem currūt poſtque illius ſolito longioria  
diei ſpacium pegerunt per quod videtur quod nil ad ſequentis  
nodis longitudinē temporis illa dies longa cōtulerit cuius  
princeps pariter i die cū ſole diei preproſite luna requieuit.

### ¶ De gedeone et duobus ſignis. ¶ Capit. v.

**G**az purgata funefiſis habitatoribus cananitidis re-  
gione in dei populi diditationē ipsa a domino terra  
tribuitur qui poſtmodū pacis itio resolutus in ydoloꝝ illius  
et reliquarū intiuītu nationū cultum ꝑagatur propter quod

## Secundus

gētibus sepe quorum ydola ipse colebat potestate a domino  
 concessa mancipium seruire tribuitur . sed captum et serui-  
 tum laboribus durissimis afflatus frequenter a deo per  
 penitentiam veniam precabatur ille iudices suscitabat qui  
 de seruitutis iugo plebē eruentes ne quaꝝ penitētie domino  
 sed arbitrorum iure preciebant . **Q**uorum temporalibus dū  
 mediantis seruiret populus . **G**edeoni filio ychas celestis nū  
 cius apparuit illum que destructo ydolatrie ritu de plebis sue  
 liberationem cōmouit in cuius conspectu dum gedeon oblati  
 one in componeret desuper carnis ius fundens celestis ignis  
 holocaustum assumpsit . **E**t iterum postulanti signum siccii  
 tas in oīni terra et ros in solo vellere et rursum siccitas in  
 solo vellere et ros in oīni terra fuit . sed hec quamvis so-  
 ciantur numero mirabilium nil tamen velut nouum ostendere  
 videntur in ministratiōne rerum quoniam et celestis ig-  
 nis res terrenas ut sepe diximus et dicemus frequenter de-  
 uorat et alternatim in mundo per ptem nubibus rotat . sed  
 tamen multa talia de mirabilibus scripturarum subueniunt .  
**N**ō et si in rebus gestis diligentem explanationem non exi-  
 gunt figurarum prefigurationem in rerum spiritualium intel-  
 ligentia referta . **S**ed quoniam iopem istum tantumō gestarꝝ  
 intellectum perse qui disponimus hoc licet memorie causam  
 statim hystorialiter numero mirabilium īseremus . **Q**ue etiā  
 si sepe fortuito casu dei voluntate in rebus proueniunt terri-  
 bilius tñ et celerius et certius et mirabilius in signi alicuiꝝ  
 ostensionem per domini imperium gubernata et ostensa fiūt  
 vnde cum hystorialiter et holocausti hac concrematione nō  
 terrestri igne . sed celesti flamma hoc ostendebatur qđ futurꝝ  
 tunc bellū nō humanis viribus sed celesti auxilio proficeret  
 et ros prius demonstrabat in solovellere ostensus . qđ diuina

## Liber

miseratio que tūc in israhel fragili et moli p̄io fuerat ignitas  
gentium iras sicut aqua ignem possit extinguere.

### De sampson in capilloz fortitudine. Ca. vi.

**I**terum cum philisteis seruiret plebs israhelitoz manue filij saruc de tribu dan sterili vrozi primo dein de ipsi manue dei āgelus prophetiali habitu apparuit eosq; de filijs qui illis esset nasciturus qualiter fieret educādus cōdocuit. cuius ne vñquam nouacula caput ipsius transiret et siceram et vinum et omne qđ inebriare potest nō biberet. Cui cum manue nesciens esse angelum prandium voluissest prebere. angelus inquit de cibis tuis non cōmedam sed domino tuo holocaustum compone. Qđ tamen manue illo precipiente cōposuit cum igne holocausti coram eis statim angelus in celū ascendens demonstrauerat qđ per nascituri hominis fortitudinem deus populi liberationem sparauerat. Natus igitur sampson iuxta imperium nutritus maximam fortitudinem in. vñ capitibus sui crinibus habuit qđ pro certo probant dū nudat aliquando etiam virtutem amisit nam cum dolidam in valle sorecti mulierem de rege philistinoz alienigenam adamaret et illa pecuniam a philistiniis principibus quibus acceperat multa fecerat perditionis eiusdem mercede. ipse poscenti fortitudinis sue ministerium in capilloz suorum conseruatione fieri indicauit et illa dormientis in sinu suo vocato rasore caput totōdit perductusq; sampson a philisteis oculis orbatis molam manu vertebat donec capilli illius ad priorem longitudinem creuerint deinde philisteis epulantibus ut iter epulas sampson illuderetur adducitur. et ipse puero retinenti gressus dixerat vt se ad duas calumpnas perduceret quib⁹

## Secundus

tota domus imminebat quatinus super illas veluti lassus reclinaretur quibus ambabus utramq; manum extendens invocato auxilio dei totam domum concussit que cito torruens tria philistinorum milia pariter cum ipso sampson prostravit sed necessitas inuestigantibus solutionē non minimā incutit quō totū sensibile corp⁹ i sensibili capillo motū fortitudinis habuit cuius dampnum doloris sensum nequaꝝ intulit cum illum tonsor a reliquo corpore firmamenti aculeo diuisit. **D**e sampson ergo prius q; nasceretur a domino precipitur ut capillus illius numer⁹ ferri acumine alicuius a tali conderetur. **Q**uā diu igit̄ in mandati demī custodia permanerat spirit⁹ sancti munere maximam fortitudinem habebat. vnde cū muliebri persuasione precepti dñici transgressionem adinuenit etiam spirituale fortitudinis donum quod habuerat statim recessit non in sensibili capillo ossium et carnis et sanguinis qui nil ex hijs habet inē. At sed mādati dominici obseruatio donum fortitudinis obseruabat. **S**ed fortasse aliquis dicet. **Q**uare ergo cum capillis iterum fortitudo illius succreuerit si nō in capillis priorem fortitudinē habuerit. **A**ttamen etiā in hac vita non tam in longo capillo amissam virtutem recuperat quam donum spirituale qd negligens amisit afflic⁹ penitentia crescentibus capillis paulatim presertim cum in huius mandati trāsgressionē ex parte licet aliqua excusabit̄ quamvis sue virtutis dalide petenti misterium dicere non negauit. **N**on tamen se imperāte vel concedente vel sentiēte tōdet̄. vnde afflic⁹ paululum a deo ipetrauerat facilid⁹ q; nō spōte sed dormiēs seduct⁹ amittebat.

**D**e archa dñi i terra philistīm capta et plagiis quib⁹ bethsamite percussi. et de reductione arche in plaustro et q; dagon corruit coram archa. **C**apitulum. vii.

## Liber

**K**nde post filiis israhel mandatorum transgressione deum offendebibus incitata philistinoꝝ agmina ad bellandum contra eos conueniunt et filii israhel de se nil confidentes archam testamenti domini in se ipso exercitu suo in pugnam contra aduersarios conducti. **H**ed legis transgressores nequaꝝ elegis archa tuetur victo potius et delecto ex populo ab alienigenis ipsa capitur qui victorie munere letantes in terram suam eandem captam perducunt et veluti triumphi huius adhuc iuxta dagon deum suum archam dei israhel in templo statuerunt sed primo die dagon coram archa prostratus repulsa tantum in loco suo restituit. **C**astina vero facta ad limen in centum pes capite et manibus spina dorsi eius truncata reperitur quod fugere ydolatrie in aduentu domine legis cultum monstrabat. **Q**ui eniſ fugiunt persequenti dorsum dant. **P**reterea quoque tota philistea feda ad modum plaga percutitur nam et extales eos foras preminebant et ingens lorici copia per totam prouinciam diffundebatur conuenienter quippe dominus illis in utramque penam prestauerat quale rerum ipsarum conueniens ratio exigebat. quauis qui misera animalia diuino cultu venerabantur per miserrima animalia in aduentu dominice legis castigarentur et qui tabernaculi domini interiora. i. archam extra limites suos traxere habentes interiorum suorum foras prominenter feda affligerent clade. **Q**ua propter quoniam plausro novo ipsitam duabus fetis vaccis vehendam que iugum antea non cognoverant teneris domi vitulis mugientibus ad fines suos redire archam permiserunt. v. mures et totidem anos aureos iudices plagarum suarum. quo ne eam vacuam dimitterent iuxta eam in capsella posuerunt. sed in his multiplex figuraz intelligentia latet que proprii operis industria et temporis indiget otio.

## Secundus

**D**e celi fragore quo territi sunt alopibili. **Capit. viii.**

**K**terum quoq; infinita philistinoꝝ agmina quasi arena  
maris inumerabilia p; plana se terre israel effecit & mit  
que dñs samuele orante a facie filiorum israel ingenti celi  
fragore pterrebat. quibꝫ per hec non propria virtute viciisse  
intelligerent et hostes dei protectionē et auxilium erga huc  
populum scirent.

**D**e vocibus et pluvijs qn̄ saul ordinatus est. **Ca. ix.**

**I**bidem quoq; samuel in uocantem dominum cū populus  
regem sibi peteret et saul filium eys de tribu beniamin  
in dei faminie iussu propheta ordinavit dominus p; pluuias  
et horribiles voces intonuit quibus plebs que audierat. se  
deū nō repulisse ita regnaret sibi intelligereſt quos fragores  
per samuelis iterū dñs depcationē cōpelluerit post p; populi  
de hac re plenitudine spexit.

**D**e saul prophetante inter prophetas et quo  
spiritu prophetauit. **Capit. x.**

**S**aul inuidie stimulo suscitatus a malo spiritu arrept  
cū dauid occidere vellet et ipse dauid tūc cū samuele  
et ceteroꝝ prophetarꝝ nuncios ire cū eo prophetaret et ipm  
interficiendū de medio prophetarum rapere iubet sed illos  
protinus vt veniebant spiritus qui in prophetis loquebaſt  
arripiebat. Item quoq; saul quasi iuctū familis opus stricꝫ  
archus post exiens cū inter prophetas venerat prophetabat  
Dirimus cum balaam et asina eius disseruimus qm̄ spiritus  
sancti verba non dicentū merito pensantur sed ipsi volūtate  
vbiq; voluerit proferuntur per qd̄ tamen proferentū ea

## **Liber**

merita non in melius auḡtur sed bona non h̄nt opa. sicut  
in balaam et saul et caypha pontifice. vnde tales prophete  
in iudicio nonne in tuo nomine prophetauimus dampnati  
domino respondebūt et causam eterni ignis consortiū inter  
ceteros impios subibunt. at vero et hoc loco quidē estimāt  
q̄ saul nō diuino spiritu. sed malo illo quo sepe arripiebat.  
per totum illum diem prophetaret donec deus etiā iminens  
mortis periculū ipsum suo spiritu arrepta dñi dispensatione  
euaderet. sed qualiter hoc sentire potest dum ita scribitur et  
factus est sup eum spiritus domini et ambulās prophetabat  
nisi forte sic in hoc loco accipiatur spiritus dei quō et alio  
loco spiritus dñi malus saul arripiebat. verūtamen vbiq̄  
sine addimento spiritus dei vel spiritus domini vel spiritus  
xpi vel spiritus ihesu in scripturis sanctis inuenit. spiritus  
sanctus esse a nullo sane sensu dubitatur. Vbiq̄ vero cum  
addimēto dicit̄ esse spiritus dñi malus vt in libro samuelis  
intelligitur dyabolus esse. qui dñi propter ministeriū mal⁹  
propter viciū dictus videtur sepe quoq; cū singulariter spūs  
tantū et non additur sanctus aut dñi aut aliud quodēq; ex  
hjs que ad signandum aut demonstrandum spiritum sanctum  
pertinet deprehendit̄ contrarius spūs qui est dyabolus aut  
subiect⁹ quisq; sibi ex hjs qui ministrat demonib⁹ dinoscit̄.

**D**e samuele suscitato a pbitone et virga  
in serpentem mutata. **C**apit. xi.

**D**ost etiā et angustia cōstitutus hostili se pmete ipetu  
tamen neq; per prophetas neq; per sacerdotes neq; p  
sompnia petenti sibi dñs ullum responsum daret saul rex ad  
pbitonissam perrexit et ex mortuis aliquem per sue artes

## Secundus

incantationis suscitaret que cū quereret ex eo quē mortis de sompno cuperet resolui ille etiam samuelem velle respondit suscitari. **S**uscitatus vero samuel sauli qđ eueniret nūcia uit hac inquiens hora tu et filij tui mecum eritis. sed et israhel tradam tecū in manu inimicorū eius qualiter ergo samuel a phitonissa suscitari dicitur dū phitonissa demorantis incātationibus et prestigīs uti videreb̄. et quō saul qui ī viuētib⁹ prophetis dei responsum nō inuenit resuscitatū a morte prophetam audire meruit. unde non hunc esse samuelem illum prophetam perfectū facilius intelligitur. sed dyabolus qui se transfert in angelum lucis in fantasia samuelis consideratur qđ ex sermonibus eius recte dinoscitur quoniam funestor sauli dicebatur tu et filij tui mecum eritis et enim si meruit hic ille samuel ostensus esset nullomō iniquū regem consortē sui meriti post mortē diceret. **S**i ergo a phitonissa dyabol⁹ ostenditur quare samuel in diuinā scriptura dicitur suscitat⁹ in multis sacre scripture locis ymaginatis rebus veraz rerū nomina sepe ascribuntur. **Q**uō et predicta virga in similitudinem serpentis ymaginata et phāstastica illa magnorum serpentū in egypto et ille eneus serpens nominatur duo qđ cherubin pro similitudine obumbrare propitiatoriū obumbrantur. **Q**uinq; mures vel ani vel anuli de terra philistim in capsella cum archa deferuntur. Cherubin quoq; et palma malagranata et recia in templi edificio depicta describuntur **C**um hec omnia non ipsa rei veritate. sed pro similitudine ista nomina recipiunt ipse tamen scripture sine ullo incertitudinis regula quasi res veras. hec noīatim ponunt. Phantasia igitur samuel velut ipse samuel ostensum pronunciaſ sicut et in vſibus prophetar̄ et apocalipſi iohannes ostensi vii pronunciantur.

## Iher

**D**e percussione oza. **C**apit. xii.

**P**ostmodum deinde dauid regnum obtinente. archa testamenti de domino aminadab ad iherusalē a rege et omni populo producitur. oza filius aminadab. sequens archam cum illam velut sustentans tangeret. subito morte percussus et suffocatus in quo facto temeritas cum ipso qui cum non esset de genere aaron tetigerit dampnatur et totus populus quietate in diuinis rebus se agere debet admonet. sed quidem aliquod precedens terra peccatum in oza per hanc culpā esse punitum existimat quoniam sepe euenit ut minores culpe precedentium peccatorum vindictam incutiant.

**D**e dauid numerante populum. **C**a. xiiij.

**Q**uemadmodum cum populus israhel peccasset commouit dominus ut dauid numeraret populū per quod accidit ut plebs peccans per quam regis culpam. penam sustineret precedentium delictorum. Angelus enim domini. lxx. viroꝝ milia ex omni israhel usque bersabee occidit et iherosolimā urbem velut delere proposuit non quod dominus ciuitatem quam nunc disperdidit delere vellet sed ut ostensus in procinu vindice angelus dignam videnti regi penitentiam incuteret. Ex quo intelligitur dauid minorem culpam commisisse quam plebe qui peccatum suum per solam penitentiam deleuit populi vero delictum in auctoribus suis mortis severitatem promeruit.

**D**e duobus signis iuxta altare bethel. **C**a. xiiiij.

**E**t cum deinde cum per peccatum salomonis populi israhel regnum unum in duo diuisit ieroboam filius nabaath

## Secundus

rex decem tribuum in partibus aquilonis metuens ne tēpli  
qđ erat in iherusalem incitatio rursum populū roboam filio  
salomonis iūgeret ydola et altaria in dan et ī bethel posuit  
sed in dedicatione altaris qđ fuerat in bethel vir dei de iuda  
vt contra illud altare prophetare a domino mittitur. Quo  
adueniente duo terribilia signa ostendūtur. Nā et altare in  
duas partes statim in hora holocausti scinditur in regnum  
ipsius arida manus siccatur. Que duo signa rei et temporis  
sui apte conueniunt. dum quid in ipso tunc rege sit factum  
evidenter ostendūt. Aptū enī videbatur vt qui dei cultū qui  
illud vslg invnū altari et templo diuisisset ipsius altare qđ  
ille sibimet ipse fecerat sic scissum desiccaret. Et qui populi  
dei manum ne domino suo oblationē et holocausta īmolaret  
aridā fecisset in scismatico illo holocausto manus illi⁹ arida  
appareret.

**D**e trium annorum et sex mensium siccitate.  
et corvo ministrante helpe. **C**apit. xv.

**D**reterea quoq; achab filio amri necessitate cū iezabel  
vxore sua plura augente sclera helyas thesbites de  
galaad in sermone dei dixit. si ros et pluua nisi iuxta oris  
mei verba h̄js annis erit cuius oratione prophetica pluua  
tribus annis et sex mensibus non pluit quibus qui deū per  
mala in terra exacerbassent celi clementia et aeris cōmodi  
tate carerent. Verum hec plaga vt multi magistri putant  
tantum terram israhel castigauerat. sed moris est scripturā  
vt illam pronūciant de qua dñt omnē terram indifferenter  
nominent qđ conuenienter eum. Helya postmodū achab ser  
mone monstratur. cum enim helyam ipse vidisset tu qui es  
qui conturbas populum israhel achab dixisse refertur. cui

## Iuber

respōdens helyas in israhel tantūmodo culpā que hāc plagā  
incitauerat fuisse denunciat. Non inquit helyas ego cōturbo  
israhel sed tu et domus patris tui quia derelinquis legē dñi  
et seruis baal. Quibus vtricq; dictionibus i israhel tñmodo  
culpam et plagim conuenientia verboꝝ esse demonstrat. Si  
et enim totū mundū plaga illa flagellaret non qui cōturbas  
israhel tantūmodo sed qui conturbas totum orbem acham  
dixisset. in tempore autē siccitatis a dōmino helye dicitur vt  
in spelunca torrentis carib se absconderet vbi coruīs mīstrā  
tibꝫ pane et carnibꝫ et aqua torrētis illū satiaret dupliꝫ. s.  
occasioꝫ. quatinꝫ in tempore famis haberet alimoniā et pse  
cutoꝫ aude se querentiū turbidam effugeret iram. A coruīs  
vero ministrii propheta precipit vt. s. culpā quā in diluvio  
cōmiserat in terra purgare auis illa videret dūmodo fidelis  
minister efficitur helye qui negligens et fallax erat ante noe  
pterera quoꝫ in hoc ministerio illud etiā ostenditur qualiter  
bomo si non peccasset etiam in fructuosoꝫ animalium nunc  
ministerijs vteret. Unde vero eas carnes et panes ille coruīs  
detulerit ipse viderit qui tale officium cōmittebat in quo tñ  
intuendū est qđ ex aliquoꝫ hominū scientiū aut nescientiū  
īdustria corui hic acciperēt qui totos pane et carnes quas lꝫ  
qualitercuꝫ preparabant.

**D**e vidua pascente helpam in sarepta sydonioꝫ  
et iezabel persequente.

**Capit. xvi.**

**O**m̄q; detorrete propter nimia siccitatē aqua deficeret  
ad viduam in sareptam vt ibi pasceretur exire helyā  
deus iubet. Que cum in domo sua viēu cotidiano faciaret  
familiariter receptū lechitus olei et farine ydria in quibus  
vnius diei refectionē in aduentu suo inuenerat nō minuata

## Secūdus

sunt donec incitauit dominus populum suum et hic accidit non qđ in valida manus dñi esset vt etiam postqđ torrentis vnda defecisset quā illi cum panibus aliūde et carne donaret sed idcirco ad sareptā sodomoꝝ saturandus propheta mittit ut per illum bona et fidelis vidua pasceretur. Ne vero quē moueat qđ sydonioꝝ terra hanc eandem plagam pariter cū israhel perpessus erat dum inde iezabel psecutrix prophetarū et toc̄ius vindicē et facinoris causa sodomorum regis filia paternā originem ducebat. Certe et hic etiā signo nō noua a dñō sed condita natura in modica non modica substantia gubernat quo de calciamētis et vestibus predictū memorat. Nam in ceteris predictis omnibus miraculis nil nature rōm refugit sicut ipse rerum euentus frequenter ostendit.

### ¶ De mortuo vnicō vidue filio quē suscitauit helyas. Ca. xvij.

**O**nus vidue filius in illo tempore quo helyas ī domo eius morabatur graui egritudine mortu⁹ fuit. sed hūc helyas oratione sua ad vitam iterū reuocauit de quo tradūt hebrei qđ ipse ionaz propheta postea fuerit quē deuenire ceci glaucientis euolutus tribus diebus dominus absoluitqđ deus qui inimicū suum in quocūqđ tuto loco post occidere seruum quē vult eruere de qualicūqđ angustia liberare valerat vero illa famosa questio que de mortuis resuscitatis agit usqđ ad lazaram a nobis reseruatur.

### ¶ De holocausto in monte carmeli. Ca. xvij.

**E**voluto autem tempore siccitatis cum dominus super terram vellet pluviā dare prophetā helyā ī occursu regis achab iussit exire qui oēm israhel et ydoloꝝ prophās

## Viber

contingentes quinquaginta in monte carmeli congregauit  
quibus congregatis. scūs helyas duos boues vnum domino  
et alterum baal per se et per prophetas ydoloꝝ mactari in  
holocaustū rogauit vbi dominus qui per ignem exaudierūt  
ipse tocius populi deus sit quo impetrato sacerdotes bouem  
suum baal vt ignem consummaret holocaustū rogabant sed  
baal qui post vſtus igni in potestatem traditus est sup holo  
caustum ignem dare non poterat helyas non bouem suum  
in fructu cōminuens per membra diuidens super altare qđ  
destructum fuerat et qđ ipse curauerat tunc statuit eūqꝝ aqua  
habunde supfluit. oranteꝝ illo subito ignis de celo cecidit  
qui bouem cum altari et lapidibus et aqua simul cōsumpsit  
ac deinde sacerdotes baal in potestatem traditas in torrente  
eyson interfecit et oīs populus dñi esse cōfessus credidit in  
hoc et extra natuā ignis ne an aqua aliquid fecit qui desup  
aeris ignito spacio descendens cum dei gubernantis imperio  
alimenti sui naturam quā in terram ardens pronunciat qui  
cum de superiora vbi est natura illius ardentem contempnere  
temptat. sicut enim aqua natura semp descendere ad inferiora  
sic ignis proprium est appetere excelsa natura contendere qđ  
nō substantia sua que grauis est per se metip̄am sed p aeris  
leuiorem natura qua aquarꝝ minutissime gutte ad aeris alti  
ora vaporaliter contrariū solet facere que minutissime gutte  
ad aeris altiora sumali modo contendente cum in densoribus  
nubibus conueniunt aeris natura superfieri non possit sed  
merito coagente giruscula mole ad terram dilabuntur et si  
illa in nubibus priusqꝝ lapse fuerunt gelu preripuerit easdē  
guttas concretas in grandinū lapillos glaciabunt solidatos  
frigoris rigor et si remissiores et nec densatas eas gelu niue  
rit niuem facit et si has gelid frigus non perstruxerit aque

## Secūdus

stillicidium liberum ad inferiores partes vnde ierant redit  
 sicut aqua autē per semetipsam nisi per aliam substantiam  
 vt ostendim⁹ non ascendit sic et ignis nisi p aliā substaniā  
 inferius se non descendit vnde cum et tñs sup. v. ciuitates  
 de quibus in primo libro diximus igneos ymbres plueret  
 hic idem p sulphurem sit quatinus in sulphure ignis ardēret  
 et per grauiorem sulphuris naturam idem ad terram laberet  
 in hoc ergo loco vbi super altare ad holocaustū ignis descē  
 dit aut per aerem per sulphurem descendit qm̄ ignis p semet  
 ipsum nō potest descendere nisi se alicui materie grauiori de⁹  
 iussit insinuare sacerdotes ergo ydolorum sine homicidij  
 culpa helyas dei seru⁹ ifecit quippe qui erat ī lege que dicit  
 blasphemū nō paciens viuere nullus hom⁹ ergo ydolu⁹ colit  
 nō dei blasphem⁹ extiterit ac per hec qui ydolatrie cultores  
 mactauerat blasphemos et sacrilegos de terra purgabat. Et  
 post omnia qui ymbres a terre pfusione tribus annis et. vi.  
 mensibus orando prohibuerat in modico temporis spacio  
 eodem orationis suo officio sipienti terre habundantē pluuiā  
 et placidam a deo impetrabat que in terram prius nequaq;  
 venisset nisi eam a cultoribus baal occidendo mundaret.

¶ De.xl.dierum ieunio. ¶ Capit.xix.

**O** vos cū iezabel ab helya infectos esse compius sed illū  
 de morte propria minatibus verbis propheta terret.  
 vnde p̄gens in terrā iuda querulus helyas in ymbra iunipi  
 sedens obdormiuit. Quē angelus domini tangens in sompno  
 suscitauit et pane et aqua esurientem saturans et sipientem  
 refecit. Quo cito refec⁹ in eius fortitudine. xl. dieb⁹ et. xl.  
 noctibus nil comedens vsq; ad oreb dei montem ambulauit

## **Liber**

vnde verbi dominici fructus cōsortio rursum in terrā israhel  
redijt. de isto vero pane et aqua angelico officio ministratis  
quoz fortitudo pastum famis labore prophetam. xl. diebus  
ptexit scientibus vnde necesse fuit intelligentiā differendā  
pace sancta reseruauimus in quo pane cum quasi humane in  
dustrie totus sit operis similitudinē cōspiciamus nō terreni  
panis virtutem q̄vna saturitate. xl. dierum necessitatem im  
pleuerit esse intelligimus nisi forte āgelico opere de quaeūq;  
terrena materia factus in terram tegentis animam hominis  
pastum validiorem hominū pane effecerit sed hic panis et si  
propriam occultando naturam sollicitum lectorem fecit de. xl.  
tñ diez ieiunio quō illud tempus ieiunius pertulerit securū  
reddit dū per nullius virtutē nullo egens cibo tanto tēpore  
vixit.

**D**e igne descendente supra quinquagenarios. **Ca. xx.**

**K**De interuallo quodā tēporis interiecto ipso propheta  
in monte quinquagenariū principem cum hīs qui sub  
eo erant vt eum ad se ducerent rex iussit. Qui superciliosus. i.  
superbo timore inflatus animo dixit homo dei vt ad illum  
nobiscū exeat rex achozias. i. filius achab iussit cui belyas  
vt iniquis si homo dei sum respondit propheta in te nūc et  
in eos qui tecū sunt celestis flāma ardebit quo facto et aliud  
eiusdem ordinis virum cum tot comitibus ad eundem redire  
precepit que in consona primo proferentem simuli sequētia  
cadere vindicta consumpsit. Quo facto tertius ad idem desti  
natus periculum quinquagenarius cum suis coram domini  
propheta suppliciter genuflexit et per verba precatoria illū  
regit adire cōspectū rogauit sed huic associare helye angelū  
domini dixit qui cito surgens et gressum socians superbis

## Secundus

interemptis cū humiliato et supplice ad regem prexit ignis  
et ī hoc loco sicut et in p̄dicio holocausto dei dō prophete  
verbū obediens qđ videbatur impleuit et in h̄js grauioris  
forſitan āte cōmisi crīmē peccati sicut et in hora et numero  
populi prediximus vlt̄x flāma numerū puniuit.

### ¶ De tranſeūtibus iordanem helya et helyſeo. ¶ Ca. xxi.

**D**ēmū vero cū dominus helyam eleuare voluisset ipse  
et helyeus zapham minister suus iordanis fluminis  
diuīſit pallio helye pede ſiccō ſicut in tranſitu filiorū iſrahel  
factum prediximus tranſuerit vt cuius rei explanationem  
de libro ihesu predicio huic operis ſatis ſufficiūt. Quoniam  
dum in multis h̄js mirabilibus virtutum gestis predica cō  
ueniunt h̄js rebus mirabilia facta et ſi in figurali explana  
tione deuiauerunt eandem tamen rationē in rerum gestarum  
hystorico itellecu expositioñes necelle exigūt anteq̄ de mira  
bilibus totius diuine scripture sermonis nostri ceperimus  
exercere opere premium eſt ea etiam in quibus propter prece  
dentium ſimilitudinē explanare aliquid non eſt necelle pro  
vt gera ſunt exponā. preſertim cū ex mirabilibus scripture  
dñce nil preterire diſposui i quibus a ministerio cotidiano  
excellere vt in alio videntur.

### ¶ De ascensione helye. ¶ Capit. xxii.

**E**gitur ambobus h̄js ſipa iordanis egressis helyas mi  
nisterio ſuo dicebat poſtula a me quod viſ. priuſq̄ me  
me deus a te tranſiere et recipi iubeat. Cui helyeus ſpiritus  
inquit tuus duplex obſecro i me requieſcat rurſumq̄ helyas  
duriter dicens poſtulaſti. ſed tamen ſi hora receptionis mee

## Iuber

michi affectus et videris hanc petitionem euentus cōplebit.  
hic vero postulans helyseus non elationis affectus super ma-  
gistrum suum voluit. sed videns peccata populi in munera et  
propheta qui reliquere nō simplici helye spiritu sed dupli-  
cī compesci posse preuidit si et enim illud quod potuit intēcio  
volentis se eleuare animo postulasset nequaꝝ a domino et  
ab ipso helya qđ petebat impetrabat igitur hijs dictis iam  
iamqꝫ helyas igneo currui receptus velut ad celū considerāte  
helyseo rapitur et hactenꝫ ipse sicut et enoch in testimoniu-  
m nouissimi temporis adhuc sine morte seruatur vt. scilicet horum  
in ore duorum testiū nouissimi testimonij sermo consulset qn  
in extremo tēpore paulo anteꝝ dampnetur sathanas huma-  
num genꝫ aperto bello deprimat cōtinebat ergo ut helyas  
quem diuini amoris zelus ignito in animo suo fraglasset ar-  
doꝫ et per ignem miranda multa signa faceret et per currū  
igneum ab omnibus commutant dominus ad sublimiorem  
statum eueheret. Ceterum vero qđ de enoch in primo libro  
prediximus helye etiam conuenire videamus.

## De virtutibus helysei. Capit. xiiij.

**H**terea labentia in terra vestimenta helye mestus heres  
helyzeus colligebat et iordanem item dominum helye  
inuocans pede sicco transierat veniens in iherico amatas et  
steriles aquas immissio in fonte sale sicut per lignū in heremo  
moyles sanabat de etiam re ī loco isto deseruisse sufficit inde  
veniens in bethleem a paruis pueris caluus helyseus illude-  
batur quibus cum in nomine domini maledicerent duobus  
ursis de silua venientibus. xl. duo pueri lacerantur in hoc  
loco non propter proprium cōuicium propheta in iracūdia

## Secundus

cōmotis pueris maledixit. **B**ed auersatos a domino et lege  
 patrum filios qui in bethel ydolis immolabant cum fortasse  
 ipsi pui pueri vt moris tunc erat ydolis sūt consecrati iusta  
 vindicta plexit in bethel nāqz vn⁹ ex duobus vitulis quos  
 ieroboam filius nath fecerat qui peccare fecerat israhel fuit  
 constitutus in quibus decem tribuum israhel a domino ydola  
 colēda diuertēs peccauit popul⁹ propterea etiam propheta  
 prudens cristo in caluarie crucifixo iudeoz peculans popul⁹  
 esset passurus q̄ eis figurali ratione competebat interim et  
 operatus de hinc in illa expeditione qua ioram rex israhel et  
 iosaphat rex iuda et rex cedon ad filios moab exierant cum  
 in deserto totus sitis labore fieret fatigatus helyseus aquas  
 persiccat iterentem sine pluvia venire a deo ipetrauerat vbi  
 foras et puteos populum facere iussit propter israhelitas et  
 gētiles qui in eadem exercitu erāt. **C**umqz ex illa expeditiōe  
 reuerso ī terram israhel venisset mulier vidua vnius ex pro  
 phetis lacrimabiliter ad eum clamauit. **E**cce inquiens con  
 ditor me⁹ duos filios quos seruo tuo viro meo genui ad ser  
 uiendum sibi quia reddere aliud vltra non habeam tollere  
 cupit. **C**ui helyseus dic inquit quā rē ī domo tua potes h̄e  
 parum respondens vt oleum quo vngar reconditum penas  
 habeo in vase pete ergo dixit helyse⁹ mutuo a vicinis tuis  
 vasa vacua non pauca. **N**ō cum fecisset de paruo illo crescēte  
 ip̄e repleuit oīa hec exigua olei pticula per virtutē prophete  
 in maius crescere non contra naturam potuit omnem enim  
 magnitudinem creaturarum de paruitate semper crescere cō  
 uenit cum presertim spiritualius hoc in liquoris natura pin  
 cernalia arte sit vt quedam peculorum genera de parua ma  
 teria in abundantiam liquoris exundare idest saturire et  
 feruescere comprobentur per primam q̄z ciuitatem sepe idem

## **über**

vir egrediens cum a quadam diuite femina. sed sterili bono  
frequenter hospicio receptus fuerat p̄dixitqz de viro suo pro  
prio conciperet sed ille natus et nutritus graui et insolita  
doloris egritudine adhuc puer percussus obiit quem tamen  
helyseus figurali ordine resuscitans matri viuum assignauit  
**Q**uodam etiam tempore coacti filij prophetar̄ inter ceteras  
herbas agrestes colloquintidas mortiferas nō agnoscentes  
in pulmento coixerunt. Qd̄ cum vausquispiam eozū gustasset  
in olla mortem esse clamauerit. sed dum helyseus farine pax  
in eādem ollā manu propria misit illius nisi virtus per illiō  
farinule sapidum et suauem et sanum saporem insipidum et  
mortiferum colloquintidarum agrestium incit. xxx. q̄ panes  
in centum viros diuidi precipiens turbam saturauit et sup-  
habundantem copiam fragmētorum colligentes ministri ha-  
buerunt sed de huius virtutis intelligentia diligentius expla-  
nabimus cum de quinqz panibus et duob̄ piscib̄ et rursus  
de .vñ. panibus et pisculis paucis in euangelio si dominus  
pmiserit disceremus.

**D**e mundatione naamam. **Ca. xxiiij.**

**D**icit hec naamā princeps exercit⁹ regis syrie leprosus  
cum mirabilem prophetam et sanitatum gratia condo-  
natū in terra israhel comperisset comitum stipatum turba  
militū sumptis a domino suo munerib⁹ et epistolis primis⁹  
ad regem israhel pergentem et ipse ille ad domum helysei ten-  
dere mouet vbi p̄e foribus stante illo helyseus per puerum  
iussit vt septies in iordanē se lauaret sed ipse superciliosē  
nuncium omnino despiceret. nisi socior̄ suorum sermonibus  
vt hanc facilem rem faceret suasus foret quibus acquiescēs  
septies vt helyseus preciperet in iordanē lauat eiusq; cutis

## Secūdus

totaꝝ mollis et tenera quasi pueri sanata redditur vnde pro salutis bñficio viro dei munera offerre tēptabat. Que ille re cusans ꝑ gratis acceperat gratis iptiri malebat. Ex hac re manifestissime declaratur vt pdixi ꝑ i sermone imparantis dei scdm impium prophete nō in re aliqua virtutis sacramētum continetur quoniam si sine imperio prophete imo dei p prophetam naamam in iordanē se lauaret sue lepre purgationem nullo modo tam cito reciperet. Cogitans ergo apud se gyezi minister viri dei quod quasi sine causa naamam dñs suus helyseas peparterat duobꝫ assumptis secū pueris festi nantiꝫ post eū exire ac si a dño suo missus properat acceptā ꝑ ab eo composito mendatio pecuniam in equis ex parte reportabat quam helyseus totam accipere et nequaꝫ habere voluerat deinde vero interrogatus gyezi a domino suo quo iisset nō quo ꝑ se isse falso simulauit. sed occultum mendatiū euidenti iudicio propheta conuincens. nonne inquit spiritus meus tibi presens erat quando homo in occursum tui de suo curru descendit dum igitur ifelix te cupiditatis cogitatio vt hic agēs et dicens fecellit. lepram naamam cum sua pecunia tibi et semini tuo usq; in seculum adherebit ecce eadem potestatz helyseꝫ propheta lepram naamam corpore deposerat qua gyezi eadem adherere carni et domui imperabat . vnde prouidendum est istas omnes virtutes nō rerum temporaliū effectibus sed imperantis precepto peragi. Quamuis contra naturam nil in illarum vel harum effectione certum est pfici in quarum tamen perfectione ipsa dei imperantis voluntas seu per se seu per āgelos seu per homines illas requirit quas futuorum figuris apte per omnia conuenire prenouit.

**D**e amissio ferro in aqua et reuocato per lignū. **C**a.xxv.

**P**rodotam quod tempore filiis prophetarum eorum helyseus facientibus sibi locum manu vntus ex illis securis ferre manubrio lapsum excedens in iordanis fluuium cecidit qui amissio ferramento quod mutuatum acceperat omnino grauiter doluit. unde helyseus viri clamore motus affectu volentis locum ubi ferrum ceciderat demersum requirebat quo aduocato et a se illuc ligno immisso ferrum de profundo ad superiora aquae natas reuocat grauem vero ferri naturam tenuis aque substancia ferre non valet. sed tamen qui postmodum sub petri pedibus mari solidauerat naturam ante illam de profundo ferrum leuare iubet aque namque natura quamvis terra fragilior aere tamen solidior videtur. hic enim minus habere de terra virtutis ostenditur metalla et lapides ab ea minus sufferunt ab aere vero illud plus retinet quod hominum et ceterorum animalium corpora et ligna supernatantia sufferre valet. unde et si metallum ad integrum aqua non supportat ex parte cum portantibus tolerat quoniam lapidem ut sepe probatur quem vix duo viri in aere possunt leuare in aqua cum de fune pependerit unus homo poterit retinere unde apparet aqua et si non per totum ex parte tamen sufferre posse quod ex parte res habet. deum per totum posse et quod ex parte res habet deum per totum ut sequatur naturaliter. iperare propter quod aque natura natans ferrum sufferre poterat quia deus quod ex parte per semetipsum creatura consuevit ut ad integrum facheret improbat.

**B**elli quoque tempore regi israhel in multis locis rex syrie insidias componebat quas helyseus propheta regi israhel semper ut se caute in his ageret manifestabat. sed dum hec rex syrie per helyseum fieri pro certo dico sceret ad totam ciuitatem helysei misit copiosum cursibus et equis instructum exercitum. Quod cum viri dei minister necesse surgens videret

territus et pauore confusus ad helyseum venit. Quem confortans propheta plures inquit auxiliatores nostri quam hostes et ultra modum pueri mens preterita fieret videntis inimicos copiosam multitudinem ei angelorum igneis curribus et equis instructas per totum montem in eius occultu astantes phalanges fecit esse visibiles unde ad hostes digrediens hic a domino impetrabat ut illam gemitum sicut ante ifiditibus Ioth ciuitate percurreret obsecatos demonstraturum se viꝝ quem quererent promissiones in samariam urbem perduxit eorum oculos aperuit ibi quos rex israhel videns de helyseo quesuit utrum occideret eos autem non cui vir dei non ut interficeret imperauit sed versauice inimicos cibis reficeret et abirent non ita igitur ut lucem diei non videret hic populus et cecitate percutitur, sed presentis helysei et locorum per quos ambulabant agnicio ab illorum oculis occultatur, si etenim cecata diei lucem non conspiceret nequaquam tanta multitudo solum helyseum sequi ducentem in samariam potuisset ipsa igitur cecitate percussi sunt dum quem viderunt nullomodo intellexerunt. Unum simili modo vir dei suo ministro non ad videndam lucem diei per quam hostes vident oculos apuit sed in angelorum consideratione quos ante non videbat eius intuitu direxit.

**N**ec etiam bello benadab rex sirie in terram israhel cum infinita multitudine veniens samariam multis modis obsedit et ad tantam angustiam inclusos ut matres filios comederant obsidiones necessitate coerant unde rex israhel tam obsecna infantie permotus ad domum helysei furore plenus venit et ut prius angustiam valentem absoluere decollare destinauit. Quia propter ipse propheta velut de anime periculo curans fixo sermone responderet. Cras haec eadem hora statere modius simile et ordei modum mercabuntur in huius

## Liber

itroitu vrbis uno statere at unus ex duobus ducibus regis  
in fide mente garriens si inquit catharactas dominus in ce-  
lum faceret numerum q̄d dicis esse valebit. Qui helyseus ait.  
tu hic oculis videbis. sed cum huius infidelitatis ex hijs com-  
medere non poteris sequente de hinc nocte sonitum aeri fra-  
goris et syrorum castris dominus audiri fecerat qui cunctas  
inimicorum cateruas pariter versas in fugam diuertebat'.  
Quo exploratio cateruatim populus . per portam ciuitatis  
prozumpens fidem illum ducem suffocauit qui videns ista  
iuxta helysei verbum eis nesci non potuit.

**H**is omnibus virtutibus quas propter mirabilem diui-  
nne scripture originem seruandam perstrinximus autē  
ante ī primo libro similia quedam que notauimus aut etiā  
tercio q̄d de veteri et nouo testamēto disserem⁹. Si dñs vitā  
et adiutorium dederit quedam explananda reseruam⁹.

**X**II. tera post mortem helysei famuli dei cui quidam fami-  
liares eius mortuum qđ per tantos latrunculos vien-  
tes pertinuerint in sepulchrum helysei qđ properat mortui  
cadauer proiecerunt. Qđ dum tangeret ossa helysei reuixit  
et abulauit vnde quidem pscriptum sermonē ī hoc signo im-  
pletū fuisse dicunt. hic est spiritus qui in te est fiat duplex ī  
me qđ nemo impleri debuit helyas ergo in vita sua priusquā  
recipere mortuū resuscitasse viuū scribit quem similiter et  
helyseus fecisse iam cernit sed et aliū. i. istum post mortē suā  
videlicet in sepulchro reuiuificasse videt sed hic duplex grā-  
facto esse non appetet. Quippe qđ enim helyas semel fecerat  
his ac ter si necesse esset iterare posset sed poti⁹ hic duplice  
grām helye esse in helyeo pronunciat qđ helyse⁹ imperando  
que helyas orādo et postulādo ipetrabat siue vt ceteri dicūt  
qđ helyseus cum multo honore et seculi dignitate virtutum

## Secundus

et prophetie donū habuerat q̄ belyas et pfug⁹ in montib⁹  
speluncis degens et exitus ab hominibus retinebat.

**D**e captiuitate populi et senacherib  
veniente in iudeam **C**apit. xxvi.

**D**er longum deinde tempus populus israhel cum dei te  
gem et prophetarū dicta transgrediens ydola colendo  
dominum ipsum contempneret patres suos de terra egypti  
duxerat in manus gentium traditus post plurimas populi  
strages et urbium obfessorum euersiones decem tribus que  
in partibus samarie fuerunt a facie sua penitus proiciebat  
et reges asimorum saul.s. et regalaphalnasar quibus eos cap  
tiuandos et translatos tradiderat samaritas pro eis custodes  
videlicet ex multis gentibus et urbibus ne esset inclita terra  
congregabant. Quos leones iubente domino quod eum non  
metuissent dilacerabant. Vnde ad regem regalaphalnasar cito  
per nuncios sermo deuenerat . q̄ genus quas statuerat i terra  
iscultum dei terre ignorantes leones vorabant qua propter  
rex vnum de sacerdotibus levitice stirpis illas cum genus  
colere fecit quo accepto quis gentili superstitione unus re  
lata plaga cessauit. Tribum autem iuda et iherusalem ciui  
tatem quam egit dominus et omnes qui ad eas pertinebāt  
adhuc deus tunc reseruavit cuius regnum ipso tempore eze  
chias rex iust⁹ deniqz gubernit. sed sennacherib rex assirior⁹  
videns q̄ patres sui samarie regnum et ipsum israhel destrux  
issent et ipse ad terram iuda duce repulce quem hebrei filiū  
ysiae prophete dicunt profugit vndam ad syrios cōmigrasse  
exercitum conuocat et iherusalem urbem expugnare prebet  
**S**ed in ipso conamine deus populi defensor et superborum

## Liber

humiliator de celesti exercitu militem angelum videlicet etiam assiriorum castra misit qui opere vnius noctis.c.lxxxv.milia ab exercitu sennacherib iterfecit.Qui sic fugat⁹ de terra iuda cum paucis ad niniuem orbem suam fugiēs vix euanis vel ubiqz i ydolorum fano repertus filiorum suorum quos ipse genuit vulnera corruit.

**D**e infirmitate et signo ezechie regis iuda. **C**apit. xxvii.

**D**uruo tempore interiedo ezechias rex iuda ne de tāta victoria esset eleuatus et forsitan etiam gratiarum actione exiguus in grauissimi languoris morbū incidit ad quē ipso languore visitandum psayas propheta veniens dixit dis pone domui tue non quia vltra non viues sed morte morieris.Quo tristi ad modum nuncio protinus rex ipse permot⁹ ad parietem faciem suam conuertit lacrimabilem que pro vita sua in conspectu clementissimi et misericordissimi et domini precem fudit . non qđ de suo vtpote perfectus merito in conspectu conditoris sui incertus fuit.sed quia in cristo venturi generatione sui generis pro sapientia et i throno dauid lucernam non dereliquit sed cum supplicantis fletibus regis et famuli sui et pius et dominus ad misericordiam esset flexus rursus psaias propheta puro agitatus lumine mittitur rex medium actu digressus qui sanitatem et régimē et pacē vnicqz regi ipsi et ciuitati fore denunciat et .xv. annos vite sue ab ipsa dei dispositione addi confirmat sed psaias duas prophetias sibimet inuicem cōtrarias protulisse necesse erat vt alterā que facienda esset signi oñsione firmaret . vn rex qđ dicebatur indubitanus crederet solis in ortum ab occasu p .x. horas cursum de⁹ recidiuo tramite retorqueat quatin⁹ id veluti mane itex festiare icipet qui diei toti⁹ exceptis duab⁹

## Secundus

horis spatum consumasset per quas duas horas ut multi  
estimant celi cursu de occasu in ortum reuertitur ut dies inte-  
gra sine interueniente nocte in ortu innouaretur ut .i. dies  
duos in hac vice in luce concluderet quomodo et sub ihesu  
filio num in illo predicto bello per moram fecisset dubitater  
in hac vice reuerti minime dubitatur quatinus nequit  
ut prediximus ut eorum cursibus conturbaretur propter  
